



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De lapide fundamenti Christo. tit. 167

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

ecce in conscientiam, qui cōtemnit magistratum
dece. Qui igitur potestati & corum præceptis resistit,
hic Deo resistit.

Tertiō, Licet obedientia exigatur humanarum tra-
ditionum, non tamen illis tribuenda est iustificatio,
vnequis putet, traditiones esse potissima opera: Nā
fides, dilectio, timor, pax, &c. & fructus spiritus sancti
Gal. 5, illis præferuntur. Sunt enim hæc nucleus, alia
sunt puramina. Possunt quoque hæc tempore neces-
sitas omitti, si sine contemptu magistratus fit, &c.
Sed hæc carnis libertas iam regnat.

DE LAPIDE FUNDAMEN- ti Christo.

TITVLVS CLXVII.

Rophera Esaias 28, inquit: Ecce ponam
in fundamētis Sion lapidem probatum
& electum angularem, &c. & 1. Petr. 2.
Ecce ponam in Sion, lapidem angula-
rem, & omnis qui crediderit in eum, nō
confundetur. Est igitur Christus lapis fundamenti,
super quo ædificatio salutis & fidei nostræ quiescit.
Ipse omnes fideles portat, & nos de plenitudine eius
omnes recipimus, loan. 1. Est quoque lapis unus, ideo
non potest euerti ædificatio super eum locata, sicut
dicit Petro, Matth. 16. Portæ inferorum non præua-
lebunt, id est, nec peccatum, nec satan, neque infer-
nus, neque homo, neque angelus præualebit aduer-
sus Ecclesiam: impugnabitur quidem Ecclesia, sed
nemo præualebit, &c.

Secundo, præter hoc fundamentum fidei nostræ,
id est, Christum, non potest aliud ponи, 1. Cor 3. non
Papa, non opera aut iustitia nostra. Ipse Christus so-
lus est caput fidei ecclesiæ, nosq; membra eius, 1. Cor.
12. Si enim ex lege esset iustitia, Christus gratis veni-
tur, Gal. 2. Fundamentum igitur & caput fidei nostræ

C C c 2 atque

atque salutis, solus Christus est, super illo stat Ecclesia, & supra illum edificatur fide Ecclesia, Omnes ergo qui credunt in illum per hanc fidem, super illum cantur supra illum &c.

Tertio, hoc quoq; est notandum, scilicet, quod non quis edificet supra hoc fundamentum, sicut admonet Apostolus 1. Cor. 3. ut quisq; videat quomodo superaedificet: nam aliqui superaedificant aurum, argentum, lapides preciosos: aliqui lignum, fœnum, lignam: aliqui ferrum, æs, plumbum. Et sic sunt tria genera hominum superaedificantium super hunc ipsum Christum. Primum, qui superaedificant aurum, id est, puram & viuam fidem, credentes in illum, tales non confundentur, Esai. 28. Aliqui argenteum, id est, constantem confessionem Christi, coram regibus & principibus mundi, sicut fecerunt S. Apostoli prophetæ, atq; Martyres Rom. 10. Corde creditur ad statuam, confessio autem oris fit ad salutem. Tertius, aliqui lapides preciosos, id est, obedientiam praceptorum Dei, Matt. 7. Qui audit verba mea, & facies, similis est viro, qui edificat domum &c. Tales igitur superaedificatores, sunt sancti & perfecti Dei.

Alterum genus superaedificat stipulam, fœnum, lignum: & isti sunt pigri Christiani, qui orant, dant elemosynam, iejunant, ut videantur ab hominibus, Mat. 6. prædicant propter quæstum, negligenter orant, &c. qui minuta peccata, id est, venialia faciunt, & illi licet negligentes sint, attamen quia lapidi, id est, Christo inhérent, quem docent & venerantur, licet negligenter, &c. ideo purgantur vel hic per tribulationem, aut orationem, aut eleemosynā, aut in futuro, in Purgatorio, ut dicit Augustinus 41. de sanctis, illi salutantur, inquit Apostolus 1. Corint. 3. sic tamen quasi per ignem, id est, Purgatorium, aut hic, aut in futuro.

Tertiū genus superaedificat ferrum, æs, plumbum. Hæc non consumit de facili ignis, sicut lignum, fœnum, &

am, & stipulam: & sunt, qui confitentur fidem, Tit.
 & tamen pessimis peccatis carnis sese maculant, for
 nitione, inuidia, avaritia, secura &c. Gala. 3. 1. Cor. 6.
 Ephe. 5. Tales non purgabuntur à talibus vitijs, si in
 illis sine pœnitentia mortui fuerint, sed æterno igni
 referuantur. Nam tales regnum Dei non possidebūt.
 Videat ergo quisque, qualis sit sua superædificatio
 supra hunc lapidem Christum, &c.

*OPERA BONA AN SINT
 causa effe eterna salutis & iustitiae.*

TITVLVS CLXVIII.



Rimò, totus carnaliū clamor in ca-
 tholicos est, quia doceant, quod bona
 opera sint effectiù sua dignita-
 te, & virtute propria necessaria, &
 promereri iustitiam, remissionē pec-
 catorum, & vitam æternā, iuxta il-
 lad Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.
 Et quasi sic omnia opera, ceremonias, cultus, ac reli-
 giones statuant ad merendam vitam æternam: si re-
 sum est, Christus gratis mortuus est, Gala. 2.

Secundò, ynanimis omnium catholicorum do-
 crina est, & ab initio talis fuit sententia de operibus,
 quod tam vilia ea æstimarunt, vt docuerint, quod nihil
 habent, nisi quod eis Deus gratuitò ex gratia donat
 & promittit, id est, ex se & propria dignitate & virtu-
 te nihil habere, nullum meritum: quia etiam omni-
 bus factis, adhuc sumus servi inutilis, vt dicit Christus
 Luc. 17. sunt immunda, & indigent purificatio-
 ne, Actor. 15. Fide purificans corda. Sunt imperfecta,
 quia non ex toto corde, tota anima, ex omnibus vi-
 tribus fiunt: reclamat enim natura, quæ est depravata
 peccato, Matth. 22. Romanor. quinto, in quo omnes

C C c 3 pecca-